Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dere: sed potius eum timete · qui potest et animam et corpus per
dere in gehennam. Nonne duo passeres asse uenenunt et unus
ex illis non cadet sup terram · sine patre uestro? Uestri aut et
capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis
passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me
coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo q
in celis est. Sc. Math'm.

Illo t. Dixit iesus dis. s. Cum persequentur uos in ciuitate
ista: fugite in aliam. Amen dico uobis: non consumabitis ciuitates
isrl donec ueniat filius hominis. Non est discipulus sup magi
strum: nec seruus sup dnm suum. Sufficit discipulo ut sit sicut
magister eius: et seruus sicut dns eius. Si patrem familias
beelzebub uocauerunt · quanto magis domesticos eius. Ne ergo
timueritis eos. Nichil enim optum quod non reuelabitur: et occul
tum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris · dicite in
lumine: et quod in aure auditis · predicate sup tecta. Et nolite
timere eos qui occidunt corpus · animam autem non possunt occide
re: sed potius eum timete · qui potest et animam et corpus perdere
in gehennam. Nonne duo passeres asse uenenunt · et unus ex
illis non cadet sup terram sine patre uro. Uestri autem et capilli
capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus
meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus:
confitebor et ego eum coram patre meo · q in celis est. Sc. marci.

Illo t. Dixit iesus dis. s. Nemo lucernam accendens · ponit ca
uase · aut subtus lectum ponit · sed sup candelabrum ponit: ut in
trantes uideant lumen. Non enim est occultum · qd non manifes
tetur: nec absconditum quod non cognoscatur · et in palam ueniat.
Uidete ergo quom auditis. Qui enim habet dabitur illi: et
quicumq; non habet · etiam qd putat se habere auferetur abillo.
Uenerunt autem adillum mater et fratres eius: et non poter
ant adire eum pre turba. Et nunciatum e illi. Mater tua et